

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Instructio practica ...**

Institutiones Qvintvplicis Theologiæ - Positivæ videlicet, Asceticæ,  
Polemicæ, Speculativæ, & Moralis complectens, Unà cum Appendice  
Methodum compendiariam reformationis Ecclesiasticæ à Concilio  
Tridentino factæ continente

**Lohner, Tobias**

**Dilingæ, 1679**

Principium 2. Frangit Ecclesiasticas abstinentias, qui debitas non observat  
circumstantias.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-48233](#)

§88. *De Principiis generalibus.*

man docent, licet hæc excusent, si recreationis tantum gratia, & moderatè siant.

Deducitur 3. Licet pingere, & characteres ponere inter servilia opera non censeantur, iuxta aliquos, colores tamenterere, & imprimere characteres merito juxta omnes servilibus operibus annumerari.

*PRINCIPIVM II.*

**Frangit Ecclesiasticas Abstinentias, qui debitas  
non obseruat Circumstantias.**

*Sensus.*

Hoc est, qui non simul & à carnibus & ubi mos viget quadragesima, ovis & lacticiniis abstinet, atque unā refectione contentus est, certaque refectionis tempora obseruantur; præceptum Jejuniorum ab Ecclesia certis diebus sub granpeccato præscriptorum non servasse dicendus est.

*Authoritas.*

Desumptum est ex unanimi SS. Patrum & Theologorum sensu, ac ipsa praxi continua Ecclesiae.

*Ratio.*

Quia, cum Ecclesia ob graves causas hæc jejunia instituerit, idemque sub gravi etiam obligatione servanda practicatur, merito Fideles obtemperare, atque adeo omnes confectiones ad hoc jejunium ab illa requisitas observare decet.

*Praxis.*

Hinc deducitur 1. Etsi per se non peccet, qui seipso die bibit, & parum etiam de pane vel alia re, ne potus noceat, sumit (quia hæc ad alterationem positus & digestionem ciborum, quam nutritione ordinatur) si tamen lac, juseculum & lemilia, quæ principaliter ad nutriendum destinantur, sumere omnino contra hoc jejunii præceptum peccaturum, ut communiter docent Authores.

Deducitur 2. Jejunium Ecclesiasticum non violari per vespertinam collatiunculam in debita quantitate sumptum, cum hæc per consuetudinem (quæ est optima interpres legum)

(um) sit introducta, ut iterum unanimis Doctorum consensu & Fidelium praxis probat.

Deducitur 3. Neque illos hoc præceptum violare, qui vel per impotentiam sicut morale, vel pietatem & caritatem, vel legitimam Superioris dispensationem, omnes autem quam ex allatis tribus conditionibus non servant; cum tria humana duntaxat ac positiva sit, atque adeò non nisi humano modo, id est, quando absque notabili incommmodo unamno observari potest obliget.

§. VI.

De Principiis ad vitia Religioni opposita  
Spectantibus.

*PRINCIPIUM I.*

Semel Deo dicatum non est ad usus humanos  
transferendum.

*Sensus.*

Hoc est, quando res aliqua v.g. Templum, Altare, Cœmiterium, Calix, Patena, &c. per consecrationem aut benedictionem ad divinos usus est deputata, tum non debet ad humanos, id est, sæculares usus adhiberi, intellige, quamdiu eadem formam & consecrationem retinet, uti Glossa in cit. interpretatur.

*Authoritas.*

Desumptum est ex l. 6. decret. cap. fin. reg. 51. & Extrav. de relig. domib. c. adhac & de rerum permut. & explicant ac approbat Canisius, Decius & alii.

*Ratio.*

Quia per consecrationē res tales humano quasi commercio exemptae sunt, uti in c. 2. de immun. Eccl. dicitur, ideoque in nullius bonis esse dicuntur, ut in §. nullius Institut. de rerum divisione insinuantur, ergo non decet eas aliter, quam ad honestem illius, cui consecratae sunt, usurpare.

*Praxis.*

Hinc deducitur 1. Clericos non posse ad sæcularia tri-

O o 4

buna-